Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Tractatus theol. de actibus humanis - Cod. Ettenheim-Münster 302

[S.l.], 1697

[Textanfang]

urn:nbn:de:bsz:31-131009

Visual Library

quo pleniore tamen huius rei cognitione:

Advertendum: hanc ignorantiam concomitantem, quae non est voluntaria, excusare ab effectu malitiae, non ab affectu v.g. qui occidit feram, putans esse hostem, sed ita dispositus est, ut occideret libenter inimicum, licet interius peccat affectu homicidij, non tamen exterius nec contraheret irregularitatem, quod dicat Caspharusistas, quem impugnat Pr. Salas in praesenti nu. 18.

Sequitur 4to ignorantiam crassam non causare voluntarium simpliciter, vel aliquid sit simpliciter voluntarium debet fieri cum cognitione singulorum; sed effectus procedens ex ignorantia crassa, non fit cum cognitione singulorum, hoc ipso quod ignorantiam fiat. Respondeo vel aliquid in moralibus censeatur voluntarium, sufficere, si fiat cum cognitione, quam operans de illo habet, sive quam habere et nunc posset et teneretur habere, etiam si per suam negligentiam, aut voluntariam affectationem non habeat; talis non effectus sine actuali cognitione singulorum vel circumstantiarum factus, in moralibus aeque ad culpam imputatur, ac si cum cognitione actuali fuisset factus, adeoque est aeque voluntarius in ratione morali. Quare licet effectus ex ignorantia crassa factus, non fiat cum actuali cognitione de facto habita, fit tamen cum cognitione, quam potest et tenetur habere operans; atque ita est moraliter voluntarius. Distinctio 2da de actibus voluntatis in specie.

Distinctio 2da

De Actibus Voluntatis in specie.

Actus humanus liberè voluntarius de quo hactenus egimus, generatim simpliciter dividitur in Elicitum & imperatum de quibus nunc magis in specie tractandum est. Actus voluntatis eliciti versantur partim directe circa finem, partim circa media ad finem, eorum qui versantur immediate & directe circa finem, alius respicit finem absolute, & præcisè spectatum, abstrahendo ab eiusdem finis absentia & præsentia; alius respicit finem adhuc absentem, sive possidendum; alius denique respicit finem, ut obtentum & possessum. Primus dicitur Amor. sive Complacentia simplex. Secundus dicitur Intentio. 3tius Fruitio, quem admodum docet S. Thomas quæstione 8. in proœmio dicens: Actus voluntatis in finem videntur esse tres; scilicet velle, frui & intendere. Ubi et primum actum, quem nos dicimus amorem simplicem significat absolute nomine Voluntatis accipiendo voluntatem non pro actu primo, sive ipsa potentia, sed pro actu secundo, quod sæpe fieri consuevit.

Actus vero à voluntate, qui immediate feruntur in media, itidem tres recensentur à S. Thoma quæstione 13 in proœmio videlicet Electio consensus, & usus, quem dicunt activum, qui est vitalis quædam emanans applicatio mediorum: atque ad quod de actis elicitis à voluntate accidit agit S. Thomas à quæstione 8. usque ad 16 inclusive, si excipias quæstionem decimam 4tam in qua agit de consilio, quod non est elicitus sed imperatus voluntatis actus: nam actuum imperatorum mediate vel immediate circa finem versantium et tria genera assignantur, nempe Consilium, imperium, Effectus, & eiusdem imperii Actus passivus, qui est v.g. gressus, sive exterior executio & applicatio mediorum

Actus humanus partim est dividitur in elicitum, & imperatum.

Actus eliciti partim versantur directe circa finem, partim circa media ad finem

Omnium istorum voltis tam elicitorum, tam imperatorum actuum, partim circa finem, partim circa media versantium, series ordinata haec assignari pt: Videl: simplex complacentia, sive amor finis: intentio finis: Consilium, de medijs ad finem utilib.: consensus Electio: imperium: usus activus: usus passivus: fruitio finis intenti. De his quem inter se hbent ordine tractabimus, si tn prius pauca quaedam adhuc expedierimus, quae partim oib., partim vel aliqb. tm ex praedictis actib. sunt coia. Quaestio jma utrum voltas sit tm boni.

Quaestio jma.

Utrum Voluntas sit tantum boni.

Sensus quaesiti est, utrum voltas in bonum feratur in actu prosecutionis, sive in obm sub ratione boni, sive veri, sive apparentis. conclusio jma. impossibile e ut possimus velle malum qua tale, sive sub ratione mali?

Solum bonum sub ratione boni pt e obm formale voltis in actu prosecutionis & vicissim solum malum in actu fugae.

Sensus e, an voltas actu prosecutionis tm feratur in bonum, sive in obm sub ratione boni sive veri, sive apparentis, adeoque utrum impossibile, ut velimus malum, qua tale, sive sub ratione mali?

Conclus. jma. Solum bonum sub ratione boni pt e obm formale voltis in actu prosecutionis; ut e contra solum malum pt e eiusdem voltis obm in actu fugae, adeoque voltas nec malum qua tale amare pt, nec bonum qua tale odisse. S. Tho. h. art. & Arist. jmo Eth. jmo.

Probatur jmo ex comi Patrum & omnium aliquius nominis philosophorum consensu, quorum